



## IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic  
Sciences  
Corporation

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

1.0  
1.6  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5  
2.8  
3.2  
3.6  
3.9  
4.2  
4.5  
4.8  
5.1  
5.4  
5.7  
6.0  
6.3  
6.6  
6.9  
7.2  
7.5  
7.8  
8.1  
8.4  
8.7  
9.0  
9.3  
9.6  
9.9

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1986**

**Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques**

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Colourad maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
		/			
12X	16X	20X	24X	28X	32X

re  
étails  
es du  
modifie  
er une  
ilmage

The copy filmed here has been reproduced thanks  
to the generosity of:


Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality  
possible considering the condition and legibility  
of the original copy and in keeping with the  
filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed  
beginning with the front cover and ending on  
the last page with a printed or illustrated impres-  
sion, or the back cover when appropriate. All  
other original copies are filmed beginning on the  
first page with a printed or illustrated impres-  
sion, and ending on the last page with a printed  
or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche  
shall contain the symbol → (meaning "CON-  
TINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"),  
whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at  
different reduction ratios. Those too large to be  
entirely included in one exposure are filmed  
beginning in the upper left hand corner, left to  
right and top to bottom, as many frames as  
required. The following diagrams illustrate the  
method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la  
générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le  
plus grand soin, compte tenu de la condition et  
de la netteté de l'exemplaire filmé, et en  
conformité avec les conditions du contrat de  
filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en  
papier est imprimée sont filmés en commençant  
par le premier plat et en terminant soit par la  
dernière page qui comporte une empreinte  
d'impression ou d'illustration, soit par le second  
plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires  
originaux sont filmés en commençant par la  
première page qui comporte une empreinte  
d'impression ou d'illustration et en terminant par  
la dernière page qui comporte une telle  
empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la  
dernière image de chaque microfiche, selon le  
cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le  
symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être  
filmés à des taux de réduction différents.  
Lorsque le document est trop grand pour être  
reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir  
de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite,  
et de haut en bas, en prenant le nombre  
d'images nécessaire. Les diagrammes suivants  
illustrent la méthode.

errata  
to  
peture,  
n à

## DIE XI FEBRUARII

IN FESTO

# APPARITIONIS B. MARIAE V. IMMACULATÆ

## DUPLEX MAJUS

*Omnia ut in festis B. M. V. præter sequentia.*

IN I. VESPERIS.

Ant. et Cap. de Laudibus.  
Psalmi ut in festis B. M. V. per annum.

HYMNUS.

Ave maris stella, etc.  
v. Dignare me laudare te, Virgo  
sacra. r. Da mihi virtutem contra  
hostes tuos.

Ad Magnif. Ant. Ista est columba  
mea, perfecta mea, immaculata mea.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculatam Virginis  
Conceptionem dignum Filio tuo habi-  
taculum præparasti : supplices a te

quæsumus ; ut ejusdem Virginis ap-  
paritionem celebrantes, salutem men-  
tis et corporis consequamur. Per eum -  
dem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invit. Immaculatam Virginis Con-  
ceptionem celebremus, \* Christum  
eius Filium adoremus Dominum.

Ps. Venite exultemus.

HYMNUS.

Te dicimus præconio,  
Intacta Mater Numinis,  
Nostris benigna laudibus  
Tuam repende gratiam.

Sontes Adami posteri  
Infecta proles gignimur ;  
Labis paternæ nescia  
Tu sola, Virgo, crederis.

Caput draconis invidi  
Tu conteris vestigio,  
Et sola gloriam refers  
Intaminatae originis.

O gentis humanæ decus  
Quæ tollis Hevæ opprobrium,  
Tu nos tuere supplices,  
Tu nos labantes erige.

Serpentis antiqui potens  
Astus retunde et impetus,  
Ut cœlum perennibus  
Per te fruamur gaudiis.

Jesu, tibi sit gloria  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spiritu  
In sempiterna sœcula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. Ave gratia plena \* Dominus tecum.

Psalmi trium Nocturnorum ut in festis B. M. V. per annum.

Ant. Benedicta tu inter mulieres \* et benedictus fructus ventris tui.

Ant. Ne timeas Maria \* invenisti gratiam apud Dominum.

v. Deus omnipotens præcinxit me virtute. R. Et posuit immaculatam viam meam.

De Parabolis Salomonis.

LECTIO I. (CAP. 8. v. 9).

Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum : arrogantiam et superbiam et viam pravam, et es bilingue detestor. Meum est consilium et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores justa de-

cernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo : et qui mane vigilant ad me, invenient me.

R. Sapientia quæ attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, ædificavit sibi domum. \* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. v. Vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam, paratam sicut spensam, ornatam viro suo. Ecce tabernaculum.

LECTIO II.

Mecum sunt divitiae et gloria, opes superbæ et justitia. Melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso, et gemina mea argento electo. In viis justitiae ambulo, in medio semitarum judiciorum, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Non dum erant abyssi, et ego jam concepta eram : neandum fontes aquarum eruperant ; neandum montes gravi mole constiterant : ante colles ego partiebar.

R. Quasi arcus refulgens inter nebulas, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia in transitu aquæ, \* Sic fulget Virgo immaculata. v. Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis mei vobiscum. Sic fulget.

LECTIO III.

Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino : qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immollavit victimas suas, miscuit vinum et proposuit

mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et incipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.

R. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni, columba mea. \* Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. v. Vox turturis audit a est in terra nostra. Ostende. Gloria. Ostende.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Fecit mihi magna qui potens est, \* et sanctum nomen ejus.

Ant. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: \* Deus in medio ejus non commovebitur.

Ant. Dominus possedit te in iuitio viarum suarum: \* et in caritate perpetua dilexit te.

v. Adjuvabit eam Deus vultu suo.  
R. Deus in medio ejus non commovebitur.

LECTIO IV.

Anno quarto a dogmatica definitione de immaculato Beatæ Virginis Concepitu, ad Gavi fluminis oram prope oppidum Lourdes Diœcesis Tarbiensis in Gallia, ipsa Virgo in rupis sinu super specum Massabielle puellæ cuidam, vernacula lingua Bernadette nuncupata, pauperrimæ quidem sed ingenuæ ac piæ, pluries se conspiciendam obtulit.

Immaculata Virgo juvnenili ac benigno videbatur aspectu, nivea ueste niveoque pallio coniecta, ac zona cœrulea succincta: nudos pedes aurea rosa ornabat. Primo apparitionis die, qui fuit undecimus Februarii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo, pue lam signum

crucis rite pieque faciendum edocuit, atque ad sacri rosarii recitationem, exemplo suo, coronam, quæ prius ex brachio demissa pendebat, manu advolvens, excitavit: quod in ceteris etiam apparitionibus præstítit.

Altera autem apparitionis die, puella in simplicitate cordis sui, diabolicam fraudem timens, lustralem aquam in Virginem effudit: sed Beata Virgo, leniter arridens, benignorem illi vultum ostendit. Cum vero tertio apparuisset, puellam ad specum per quindecim dies invitavit. Exinde eam sæpius est alloquuta, ac pro peccatoribus orare, terram deosculari, penitentiamque agere est hortata: deinde imperavit ut sacerdotibus ediceret, ædificandum ibi esse sacellum, solemnisque supplicationis more illo accendendum. Mandavit insuper ut e fonte, qui sub arena adhuc latebat sed mox erat erupturus, aquam biberet eaque se abstergeret. Denique die festo Annuntiationis, percontanti enixe puellæ illius nomen, cuius aspectu toties dignata fuerat, Virgo, admotis pectori manibus elatisque in cœlum oculis, respondit: " Immaculata Conceptio ego sum. "

R. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, \* Pulchra ut luna, electa ut sol. v. Ipsa est columba mea, perfecta mea, immaculata mea. Pulchra.

LECTIO V.

Percrebrente fama beneficiorum, quæ in sacro specu recepisse fideles dicebantur, augebatur in dies hominum concursus, quos loci religio ad specum advocabat. Itaque prodigiorum fama puellæque candore motus Tarbiensis Episcopus, quarto ab enarratis anno, post juridicam factorum inquisitionem, supernaturales esse apparitionis notas sua sententia probavit, cultumque Virginis Immaculatae in eodem specu permisit. Mox ædifica-

tum sacellum : ex illa die pene innumeræ fidelium turbæ, voti ac supplicationis causa, ex Gallia, Belgio, Italia, Hispania ceterisque Europæ provinciis necnon ex longinquis Americæ regionibus quovis anno illuc adveniunt, nomenque Immaculatæ de Lourdes ubique terrarum inclarescit. Fontis aqua in cunctas orbis partes delata, ægris sanitatem restituit. Orbis vero catholicus tantorum memor benefactorum, ædes sacras mirabili opere ibi extruxit. Vexilla innumera, acceptorum beneficiorum veluti monumenta, illuc a civitatibus ac gentibus missa, ædem Virginis miro ornatu decorant. In ac sua veluti sede Immaculata Virgo jugiter colitur ; interdu quidem precibus, religioso cantu solemnibusque aliis cæremoniis ; noctu vero sacris illis supplicationibus, quibus, infinitæ propemodum peregrinantium turbæ cereis facibusque accensis procedunt et laudes Beatæ Virginis concinunt.

R. Erit in novissimis diebus mons præparatus Virgini Mariæ in vertice montium, et elevabitur super cœlos, et ibunt populi multi et dicent : \* Venite et ascendamus ad montem v. Sicut latetantum omnium habitatio est in te. Venite.

LECTIO VI.

Peregrinationes hujusmodi fidem frigescente sæculo excitasse, animum ad christianam legem profitendam addidisse, cultumque Virginis Immaculatæ mirum in modum auxisse, omnibus compertum est. In qua mirabili fidei professione Christianus populus sacerdotes veluti duces habet, qui illuc suas plebes adducunt. Ipsi etiam sacerorum Antistites sanctum locum frequenter adeunt, peregrinationibus præsunt, solemnioribusque festis intersunt. Nec adeo rarum est ipsos Romanæ Ecclesiæ Purpuratos Patres humili peregrinorum more accedentes conspicere. Ipsi quoque Romani Ponti-

fices, pro sua erga Immaculatam de Lourdes pietate, sacram ædem donis nobilissimis cumularunt. Pius nonus, sacris indulgentiis, Archiconfraternitatis privilegio ac minoris Basilicæ titulo ipsam insignivit ; ao Deiparæ imaginem ibidem cultam, solemni ritu per legatum suum apostolicum in Gallia diadematæ distinctam voluit. Leo vero decimus tertius innumeræ etiam contulit beneficia, indulgentias ad modum Jubilæi vigesimo quinto Apparitionis anno vertente concessit, peregrinationes sua auctoritate verboque provexit, ac solemnem Ecclesiæ sub titulo Rosarii dedicationem suo nomine peragi curavit. Quorum beneficiorum amplitudinem cumulavit, cum, plurium Episcoporum rogatu, solemne festum sub titulo Apparitionis Beatae Mariæ Virginis Immaculatæ, proprio officio et propria Missa celebrandum benigne concessit.

R. Prævenisti eam, Domine, in benedictionibus dulcenis, posuisti in capite ejus \* Coronam de lapide pretioso. v. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam et magnum decorum impones super eam. Coronam. Gloria Patri. Coronam.

IN III. NOCTURNO.

Ant. Manus Domini confortavit te,  
\* et ideo eris benedicta in æternum.

Ant. Noli metuere \* non enim prote, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Ant. Benedixit te Dominus in virtute sua, \* quia per te ad nihilum redigit inimicos nostros.

v. Diffusa est gratia in labiis tuis.  
R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In  
Gab  
cui  
pon  
de d  
ria.

Ho

E

Le

o F

omn

pere

pri

bo,

et ta

mali

briu

Inst

latur

quid

utiq

cons

non

qua

ligno

Heva

liam

ipsa

patri

si vi

erigi

R.

regi

mort

aqua

no. J

Qu

quan

ligno

haec

culpa

malit

quan

tenta

LECTIO VII. Cap. 1.

In illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galileeæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Ex Homilia 2. super Missus.

Laetare, pater Adam, sed magis tu, o Heva mater, exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fuitis peremptores ; et quod infelicius est, prius peremptores quam parentes. Ambo, inquam, consolamini super filia, et tali filia ; sed illa amplius de qua malum ortum est prius, cujus opprobrium in omnes pertransiit mulieres. Instat namque tempus, quo jam tollatur opprobrium, nec habeat vir quid causetur adversus feminam ; qui utique, dum se imprudenter excusare conaretur, crudeliter illam accusare non cunctatus est, dicens : Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedи. Propterea curro, Heva, ad Mariam, curre mater ad filiam ; filia pro matre respondeat : ipsa matris opprobrium auferat : ipsa patri pro matre satisfaciat : quia ecce si vir cecidit per feminam, jam non erigetur nisi per fominam.

R. Tu ergo invoca Dominum, loquere regi pro nobis, \* Et libera nos de morte. v. Omnes sientes, venite ad aquas, et haurietis salutem a Domino. Et libera nos.

LECTIO VIII.

Quid dicebas o Adam ? Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedи. Verba malitiae sunt haec quibus magis augeas quam deleas culpam. Verumtamen Sapientia vicit malitiam, cum occasionem venire, quam a te Deus interrogando elicere tentavit, sed non potuit, in thesauro

indeficientis suscepit pietatis invenit. Redditur nempe femina pro femina, prudens pro fatua, humilis pro superba, quae pro ligno mortis gnostum tibi porrigit vitæ, et pro venenoso cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo inique execrationis verbum in vocem gratiarum actionis, et dico : Domine, mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, et comedi ; et dulce factum est super mel ori meo, quia in ipso vivificasti me. Ecce enim ad hoc missus est Angelus ad Virginem. O feminam singulariter venerandam, super omnes feminas admirabilem, parentum reparatricem, posterorum vivificantem.

R. Plantavit Dominus Deus paradisum voluptatis, produxitque lignum vitae in medio ejus. \* Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis. v. Emisiones tue paradisus, Virgo Maria. Et fluvius. Gloria Patri. Et fluvius.

LECTIO IX.

Quam tibi aliam prædixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait : inimicitias ponam inter te et mulierem ? Et si adhuc dubitas quod de Maria dixerit, audi quod sequitur : Ipsa conteret caput tuum. Cui haec servata victoria est, nisi Mariæ ? Ipsa procul dubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deduxit ad nihilum. Quam vero aliam Salomon requirebat, cum dicebat : Mulierem fortem quis inveniet ? Noverat quippe vir sapiens hujus sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem. Quia tamen et Deum legerat promisisse, et ita videbat congruere, ut qui vicerat per feminam vinceretur per ipsam, vehementer admirans ajebat : Mulierem fortem quis inveniet ? Quod est dicere : si ita de manu feminæ pendet et nostra omnium salus, et innocentia

restitutio, et de hoste victoria: fortis omnino necesse est ut provideatur, quæ ad tantum opus possit esse idonea.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

et per Horas.

Ant. 1. Candor est lucis æternæ,  
\* et speculum sine macula.

Ps. Dominus regnavit. Cum reliqu.

2. Mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus, \* et in capite ejus corona stellarum duodecim.

3. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, \* tu honorificentia populi nostri.

4. Benedicta es tu, Virgo Maria, a Domino Deo excelso, \* præ omnibus mulieribus super terram.

5. Hodie nomen tuum ita magnificavit Dominus, \* ut non recedat laus tua de ore hominum.

CAPITULUM. *Cant. 2.*

Surge, amica mea, speciosa mea, et veni columba mea in foraminibus petræ, in caverna macerizæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

HYMNUS.

Aurora soli prævia  
Felix salutis nuncia,  
In noctis umbra plebs tua  
Te, Virgo, supplex invocat.

Torrens nefastis fluctibus  
Cunctos trahens voragine,  
Leni residit æquore  
Cum transit Arca fœteris.

Dum torret arescens humus,  
Tu rore sola spargeris;  
Tellure circum rorida,  
Intacta sola permanes,

Fatale virus evomens  
Attollit anguis verticem;  
At tu draconis turgidum  
Invicta conteris caput.

Mater benigna, respice  
Fletus precesque supplicum,  
Et dimicantes tartari  
Victrix tuere ab hostibus.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula.

Amen.

v. Diffusa est gratia in labiis tuis.

r. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Bened. Ant. Præclara salutis aurora, ex te, Virgo Maria exivit sol justitiae, qui visitavit nos oriens ex alto.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: supplices a te quæsumus; ut Virginis apparitionem celebrantes, salutem mentis et corporis consequamur. Per eundem Dominum.

AD TERTIAM.

Capit. Surge amica mea, ut supra de laud.

r. br. Quæ est ista quæ ascendit de deserto \* Deliciis affluens? Quæ est ista. v. Innixa super dilectum suum. Deliciis affluens. Gloria Patri. Quæ est ista.

v. Viderunt eam filii Sion. r. Et beatissimam prædicaverunt.

AD SEXTAM.

*Capitulum. Prov. 8.*

Mecum sunt divitiae et gloria, opes superbae et justitia: melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso.

R. br. Ego Mater \* Pulchra dilectionis. Ego Mater. v. Et timoris et agnitionis et sanctarum spesi. Pulchra dilectionis. Gloria Patri. Ego Mater.

v. In me omnis gratia viæ et veritatis. R. In me omnis spes viæ et virtutis.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes viæ et virtutis. Transite ad me omnes qui concupisctis me, et a generationibus meis implemini.

R. br. Qui me invenerit \* Inveniet vitam. Qui me. v. Et hauriet salutem a Domino. Inveniet vitam. Gloria Patri. Qui me.

v. Transite ad me omnes qui concupisctis me. R. Et a generationibus meis implemini.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesp., præter sequentia.

HYMNUS.

Omnis expertem maculæ Mariam Edocet summus fidei magister; Virginis gaudens celebrat fidelis Terra triumphum.

Ipsa se præbens humili puellæ Virgo spectandam, recreat parentem, Seque conceptam sine labe sancto Prædicat ore.

Concordat cum suo originali. In fidem, etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis die 23. Januarii 1891.

L. + S.

Pro B. P. D. VINCENTIO NUSSI, Secretario.

JOANNES PONZI, Substitutus.

Imprimatur: + EDUARDUS CAR., Arch. Marianopolitanus.

Marianopoli, die octava decembris 1892.

O specus felix, decorate diue  
Matris aspectu! veneranda rupe,  
Unde vitales scatuere pleno  
Gurgite lymphæ.

Huc catervatum pia turba nostris,  
Huc ab externis peregrina terris  
Afflit supplex, et opem potentis  
Virginia orat.

Excipit Mater lacrimas precantum,  
Donat optatam miseris salutem;  
Compos hinc voti patrias adoras  
Turba revertit.

Supplicum, Virgo, miserata casus,  
Semper o nostros refuve labores,  
Impetrans moestis, bona sempiterne  
Gaudia vitæ.

Sit decus Patri, genitæque Proli,  
Et tibi compar utriusque virtus  
Spiritus semper, Deus unus omni  
Temporis ævo.

Amen.

v. Dignare me laudare te, Virgo  
sacra. R. Da mihi virtutem contra  
hostes tuos.

Ad Magnif. Ant. Hodie gloria coeli Regina in terris apparuit; hodie populo suo verba salutis et pignora pacis attulit; hodie Angelorum et fidelium chori Immaculatam Conceptionem celebrantes gaudio exsultant, alleluia.

